

Advertencias para

mentum subministrare necessarium putant
ita etiam quotidie hoc Sacramento alendę, &
nutriendę Animię curā non abiiciant, neque
enim minus spirituali cibo animam, quā na-
turali corpus, indigere perspicuum est. Hęc
omnia diligenter meditetur Parochus, & in-
defesse opportune & importune plebi sibi sub-
ditę proponat, prout spiritus Dei dederit ei,
credens non vulgares fructus, & utilitates
Dei populum ex eis sumpturū si in Deo op-
timō qui omnium bonorum est largitor fidu-
ciam suam, & spem collocarit.

¶ Circa Pœnitentiæ Sacramētum debet scī
re ea quæ annotavi supra initio primæ verita-
tis, ibi. Ex his sequitur. &c. usq; in finem :
quæ applicanda sunt in hoc loco ut necessa-
ria. Item q̄ peccat qui absq; proposito absti-
nendi à peccatis, aut restituendi debita, con-
fitetur. ¶ Debet etiam scire id q̄ docet Con-
cilium Triden. Sess. 14. cap. 3. Sacramenti
Pœnitentiæ formam, in qua præcipue ipsius
vis sita est, in illis ministri verbis possitam
esse. Ego te absoluo. &c. quibus quidem de
Ecclesię sanctę more preces quedam lauda-
biliter adiunguntur: ad ipsius tamen formę
essentiam nequaquam spectant, neque ad ip-
sis